¶Paul' Fauentin' degente cauina die quo Beat' Iacob' Philippu re bus excessit humanis crurib' contractis egrotoq; corpoř nixus lignis substentacul' ad beati corp' se se recipit:clamitans misericordiamq; implorans simul ac diui reliquias tetigit : erexit se se impedes liberq; omnino fact' est:q plures annos ea debilitate languerat.Obtulit mox ligna quib' fulciebatur beati Iacopi Philippi sacello tanq̄ recuperate ualitudinis monimenta.Muneris accepti grt':cœteris deinde accur/ rentib' ac laborantib' inseruit magno cum studio & amoris ardore.

¶Die .25.Mensis Maii.14.83.

MIraculis hisce duob' compertis & diuulgatis undiq; confluūt Fauentini ad Ecclesiam titulo Sanctæ Mariæ de Seruis iqua Gloriosum beati Iacobi Philippi corp' supinum omnib' conspicuū seruabatur.Deflens interra ferri se iussit illuc Francisc' aluptari' ex gat narolo opidulo oriund' : qui sexagénare tumidis crurib' turgidoq; corpore diu fuerat:ita ut fere immobilis esset.Prelat' igitur ad nobile corp' summa spe fret':tangens reliquias uoto potit' est: Si quidé a ue teri morbo penit' reualuit gratias deo agens pedib' per se ambulare cepit ad mille hominum ante oculos. In monimētū accepte gratie ligneos scipiones ante beati Altare suspendit.

¶Eodem Die.

ANnos quinq; nat' puer Iulianus Aphilippo patre despadis ualle amonis ad Venerabile corpus perduct' est:q notatus erat ocu lo sinistro obfloccū quendam suffusumq; sanguinem.occecato Ma gna cum reuerentia & spe beati defuncti manum dexterā accepit pa/ ter & nati maculato adiunxit ocello. Subito cuncta labes ab oculo pueri cecidit continuoq; summo gaudio exultans ex eo ipso oculo videre se dixit filius:Quod cum ambigerent qui circōstabant:curaue runt ut oculus pueri dexter obturaretur:& aperto sinistro ad candelā accendendam super Altare proficisceretur:quā ré cū recte comodeq;

fecisset circõfusamq; turbam solo oculo sinistro ꝯspiceret : multitudo omnis summam dei largittatẽ contemplantes seruo dei gratias ege/runt peringentes.

Eodem Die.

MEnghinus Raualiensis ex apoplesie morbo sinistri lateris omñ robur amiserat pariterq; in morbum inciderat hernicum . Ex sopitis igitur sinistris membris & defluentium intestinorum dolore : magno vitæ tedio afficiebatur ut qui mori magis in corporæ huma no q̃ viuere videretur . Hic ex tot Beati Iacobi Philippi radiantibus miraculis spem certam capit: quapropter deuotissime ad venerabile corpus eius accedit:egre tamen ut infirmus & qui annos septuaginta natus esset . Sanctis Reliquiis ad hibet q̃ humillimas preces vt a tanto läguore reualescat.Gratia diui Iacobi Philippi dignus fact' est:vt pote qui duplici morbo simul fuerit liberat'.Relictis igitur scipionib' quib' nixus ad gratiam comparandam accesserat supra diui Iacobi Philippi Altare suspensis Glorificans deum incolumis ylarisq; domũ rediit.

Aliud Miraculum.

TEna vidua sexagenaria de pasulinis tumidis cruribus turgidoq; corpore delanguebat sacrarum Reliquiarum tactu dignata ꝑ tinus conualuit:progrediq; pedibus eepit:cum antea se mouere loco non posset que magnificato deo leta discessit.

Aliud Miraculum.

MElchior puer annos natus circiter tredecĩ cruſ pedẽq; sinistrũ peruolutum retortumq; plures gesserat annos cuius pedis offi cio nec quidem vti potuerat.Hic ob beati famam splendoremq; my raculoꝝ magno desiderio ad sacri Corporis sepulchrum perduci cõ/cupiuit : qui postq̃ presens fuit magna cum reuerentia ac deuotione precatus beatum:voti subito compos euasit:laudato deinde plurimũ deo ad ugũ suam patriam ditionis ferrariẽsis hilari animo reuersus est.

Aliud Miraculum.

ANtonia septẽnis vgolini filia de Marchetis ex Castello Grana/rolo pari modo laborabat infirmo reflexoq; pede. Hec quoq;

ardenti animo ac fide festinat ad beati Iacobi Philippi corp' adhibitis deinde humillimis precibus quam optauerat gratiam sine mora consecuta est. Itaq glorificans deū plano obfirmatoq pede discessit.

Aliud Miraculum.

Vrsula superioris Antoniæ mater cum filiam pro beati Iacobi Philippi tanta apud Deum gratia liberatam penitus vidisset: pariter ipsa in spem venit vt morbus a se pelleretur: quo octo iā annos pressa fuerat. Inualuerat enim i brachio ei' sinistro asper fistulæ morsibus vt qui compertum est curari uix unq potest: Itaq salutem vrsolina multo iam antea desperauerat. Sed fide & deuotione calens reliquias beati rogat q humillime vt pari donetur gra atq filia fuerit affecta. Mira & larga beati benignitas qui passus non est parem matris fidem inanem fuisse. Liberat igitur eam inexplicabili morbo: quam qdem gratiam nacta ad frequentem vrsolina multitudinem que aderat cōuersa: his verbis vsa est. Veteris fistulæ morbo laboraui in quo curādo remedia iam cuncta desperaueram. Sed me huic beato suppliciter cōmendans ubi primum affui morbi ac doloris experes facta sum quemadmodum videre potestis omnes: mox deo sanctoq meritas agens gratias leta discessum habuit.

Aliud Miraculum.

O Miraculum memorabile & nostro seculo inauditum. Nata est infans que cū iam fandi tempus foret muta surdaq esse pro sua natura cognoscitur. Hec ānos circiter tredecim sic calamitosa vixerat Gentilis puellæ nomen erat: cui parentes Luchinus & Gineura vezanēses a fororluuii oriūdi. Qui sane parentes tantis beati Iacobi Philippi cognitis miraculis decreuerunt natam tam misera sorte iam adultam ad beatum Corpus perducere. Quod cū fecissent: post deuotissimas rogationes tanta fuit summi Dei Clementia tanti deus beatū Iacobum Philippum fecit: vt gentilis ex surda: & muta: pari simul & aurium & lingue officio fungi posset: vix qui viderant hoc credere potuerunt. Sed cum numeroso obstupescente hominū cetu expedita verba puella proferret: omnis tum multitudo geminas tendens in Coelum palmas infinitam dei potentiam summis laudibus prosecuta est. Verba autē puella referebat eadem que a tentantibus audierat: nā per se vocabula rerum ignorabat: Sed plane expresse pronuntiabat qcqd dicere rogaretur: Accepto igitur audiendi loquendiq munere immortales deo gra-

ꝗ gratias agentes domum reuersi sunt.

¶ Aliud Miraculum.

Gisola Lughensis femina annorum sex & quadraginta morbo hernico diu languerat: qui morbus in ea longe erat grauior & infestior ꝗ in ceteris esse solet Si quidem ita defluxa fuerant intestina vt gradiendi oio pōtate careret/adeoq; indies ingrauesceret vt p breuis eius uita fore putaretur. Ad sacrum corpus accessit multis lacrimis multis precibus: cito exaudita est atq; tanto exonerata morbo clamore totam pregaudio Ecclesiam compleuit. Subinde uehemēter laudans deum qui per beati Iacobi Philippi intercessionem tantam sibi conferre gratiam dignatus fuerit:integra ad suos reuersa est.

¶ Finis.

¶ Vidualis Diuæ Virginis Serui Ioachini Senensis vita instituta q; mo℞ a Nicolao Burgē sio equite clarissimo edita foeliciter inci/piunt ꝛc.





Oachinus a Matre nō minusq; a Patre generosus fuit Patria ei Sena ꝗ vrbs tusciæ clara iter coeteras habet,hic atenella etate ꝑcipue Mariā virginē colere coepit.Cuius nomine clā patētib' e domo multa pauperib' erogabat:fuerat.n. ei mos e lfario ludo redeunti salutare Mariā virginē p singulos scala℞ gradus adeo dulce eius nomē & cōmemoratio inerat cordi. Puer ita mira pollebat indole vt facile se omnibus futurum sponderet magnū sanctūq; virum.cū vero quartum deci num natus esset annuȝ vidit Mariā virginē in somnis Angelico stipata choro fulgentēq; orbnatu ꝑciosissimo his eū verbis alloquētē. Veni ad me dulcissime fili: inspexi siquidē cor erga me tuū:quapp ī meis sectatoribus iā ascriptus es.Qui mox somno excitus Religioni Seruo℞ Mariæ virginis se vo/to destinauit id cū ad pārentum aures puenisset ægerrime tulerūt ta leq; ꝑpositū perimere conati sunt ōistudio quapp cū longissime qua possent a Pria causā aliquam inter serentes,honestā mittere cōstitue rant. id vbi compertū ē puberi celerat consiliū suū:protinus ad Eccle

ſiam Seruorum Mariæ refugit ſupplicit er ſacrũ habitum petit iſtat obſecratur. Exaudit̃ tandẽ (adiuuante Mariæ virginis numine) cui Religioni iam tradito Ioachinus quo p̃r ipſius cœli Reginæ nũcupatus fuerat ꝓdeſiderio ſuo nomen indiſtũ ẽ a Fr̃e Philippo Florentino qui tũc temporis Senis morabatur: cũ eſſet illius ordinis antiſtes & vite ſãctimonia totius Religionis decus i.n. clarus Nonteſes ante vocatus fuerat Ioachinus itaq; ſui voti compos effectus abiecit ſe ſe mirũ imodum atq; humilitatis merito cæteros anteibat: promptiſſimus igr̃ auſcultandi cũcta uere obedientie preſtabat officia quæ animi cibum pabulũq; vocitabat ſupra etatem magnos labores. Viliſſima q̃q; miniſteria diligenter exercens meſtis aflictisq; non deerat ad quos refouẽdos mirifice valebat ſymplex eius oro: ut pote cui plurimũ gr̃e pl̃imũ ponderis ſpirit' diuinus aflarat ſedulus aſſiſtebat ĩfirmis nl̃lo vnq̃ vict' vl tedio aut nauſea vigebat i eo adoleſcente caritas ſingularis: quã magis laborãtibus maiorẽ p̃ſtabat hic ad edẽ; miſſus fuerat Aretinã ãnũ ꝑmanſurus ꝑ fr̃m cõſuetudĩne: ꝑ agrũ igr̃ Aretinoꝝ cũ iter haberet: ob effuſũ ingẽtẽ Nibũ & inũdantes vias ad quãdã diuertit Hoſpitale; domũ vbi decũbebat egrotus q̃ſpiã graui atq; diutino morbo fatigat' cuius laborẽ & q̃rimonias verbis ſuis lenire cupiẽs ad eũ ſic affatus eſt perfer mi fr̃ æquo animo morbũ hũc tuũ q̃ tibi ad ſalutem datus eſt: Tunc ille bone fr̃ ait longe facilius ẽ laudare infirmitatẽ ferre: Ad hec Ioachinus precor omnipotẽtem Deũ hũc vt tuũ ĩme languorem trãfferat q̃ meæ futurus ſit reliquæ vitæ comes his dictis beneualẽs illico ꝑſe ſurgit electo egrotus ille de ſumma Dei bonitate acceptũ referẽs Ioachino tantũ munus Ioachin' aũt ſtatim ꝯmitiali opprimit̃ morbo quo q̃diu vixit grauiter laborauit. Vnde Coronã Martirii meritus ẽ: dũ celebraret̃ dies quo Maria uirgo Aſumpta ẽ in Cœlu; Ioachinus ſubdiaconi fungebat̃ officio cereũq; in manu tenebat cũ inter agendã rẽ diuinã leuatur eucharistia o quam fuit mirabile dictu nã opprimente ſtupore epilentico proſternit̃ impauimẽtũ repẽtino caſu ſub hat tñ ardens per ſe funale donec hoſtia ſacratusq; calix Altari ꝑſacerdotem reſtituitur preterea vitam agens inter mortales complura ſanctitudinis ſigna edidit vt breuitati conſulam' ſup ſedendũ ẽẽ duximus vbi vero Seneñs Eccleſie prior atro intellexit morbo illo deuotũ adoleſcẽtẽ cõflictari curauit eũ ad P̃riam reuocare: igr̃ Senam reuerſus dũ eſſet ĩchoro refulſit ſup caput eius aſtans flamma: q̃ liq̃do viſa ẽ aquibusdam ꝓbatioris vitæ confratib': icõcuſſa iã mẽte. cuſtodiebat precepta dñi frequẽtiq; celeſtis theſauri cõtẽplatione paſcebat tãtaq; meditatiõe fuit ut ſæpenumero fixis i cœlũ oculis immobilis aliquãdiu ꝑmaneret reliquũ vero temporis ad caritatis opa cõferebat: cœleſtiq; ita munitus

auxilio coeteram sic sui tradu cit etatē: postulauerat a deo saepius nouos cruciatus corporis quo Dominicae passionis particips dignus fieret: Exorata ē infinita bonitas qppe q̄ fidelissimo nouum morbi gen' p quē caro vermib' scaturiens offetenus plurifariā absorberet cū quo accer rima morbi vi iā exhaustus felici migrationi appinquaret idq3 facile presentiret infirmitatē huiusmodi id q̄d ātea fecerat celare nō potuit amplius cognito itaq3 morbo cō fres idoluerūt mirū imodū: accerssē tesq3 medicos ab eo reiecti sunt: q cū grauissime iacērē rogarent ma gnis precib' vt q̄d p alienis saepe fecisset pse quoq3 suaq3 ualetudine apd' Deū iterpellaret id nequaq̄ sibi expedir respōdit: qm̄ p rato sciret eo pacto sua ablui delicta & ex corporis infirmitate roborari animi firmitudinē vsurpans illd' Apli cū infirmor tūc fortior sū exolescētib' aūt naturae virib' cū ex labe corporis discessur' iā esset idq3 sibi eterna veritas reuelasset: orauit sūmā Dei bonitatē vt quo mūdi Redēptor expirasset eodē ipe die ex duris carnis ꝯpedib' solueret: itaq3 pridie q̄ migraret idominica cena coactis in unū cōfratib' hec verba fecit: tres & triginta ānos vobiscū vixi fres carissimi a quib' multa humanitatē multisq3 beneficiis affectus sū parē nō ē opis meae vobis gratiā repen dere: qua pp benignus Deus dignetur vobis rēfferre singulis vestrorū i me meritorꝫ vices: subide p caritatis offō paululū vini auxit iter eos mox iqt vnū hoc oro q̄d erit lōge gratissimū i v t p me cras obituro sū datis preces ap̄d omnipotētē Deū: cuius misericordia in tabernaculo suo colloca i dignus efficiar idq3 pterea rogo vt aliquot ex uobis assis tant ppe me donec officio vite defūgar tū cōfres illi mēte Ioachinū non satis sibi cōstare arbitrati sūt nihilominus vt ex collegio q atuor ei semper assiderent prior iussit sci viri dictis pfecto fides nō defuit nā feria sexta dū passio dñi cantatur alternatim dūq3 efferūtur verba de eo Euangelica inclinato capite emisit spūm tū xpi miles Ioachin' an no A natiuitate Dñi Mill'o .ccc. v. deo suo spiritū reddidit: q miraculis q̄ pluimis emicuit ex quibus vnū aut alterum his scriptis inseremus.

Miraculum.

Massanus qdā aptore illius oppidi q̄d senensiū ditioni subiacet morti fuerat addictus q cp ex culpa adduci non poterat vt moreret succurit beati Ioachini memoria quē potestas eterna quotidie miraculis illustrabat salutē ex illius ope suppliciter petit vouitq3 beato semp laturū si euadat tū carceris tū corporis sui im̄nēs piculu3 cereū sim ilacrū: Nox vbi supuenit carceris custos somno opprimit reserato carcer quasi diuinitus voti conpos cum coeteris q ibi reclusi

fuerant carcere exeunt liberatis tā manifesto miraculo Senum ex statu gradu pfectus ē nudisq̨ pedibus per mediam Ciuitatem iter habuit. Votumq̨ Religiose soluit agens iustas beato Ioachino gratias cuius auxilio vita fungebatur.

INtra Senæ suburbia lacunam circuibat sexennis puer mox pro tātillæ etatis more pronus i aquā plucidam sui imaginem speculatur pede plapsus i lacunā pcipitat q nemini visus multa obrutus aqua acerbo funere pimitur forte ad lacunā pueri mater iter facit filiolū aqua supernatātē defūctū videt exclamās illū interrā extrahit quē vita cassū magis cognoscit inter vociferandū veniunt i mentē prodigia quæ beatus Ioachinus indies faciebat ad eius merita spē omnē suā precesq̨ simul accomodat reuixit illico puer & blandiens matrē refouet terrifico casu adhuc exanimata statim ad beatū ꝑtēdit iustas illi reddens gratias ibi q̨ gratie monumenta relinquit.

Finis.

Diui Francisci Senensis Ordinis Seruorum Sanctæ Mariæ Vita a Nicolao Burgensio equite Clarissimo edita incipit foeliciter.



RANCISCVS Patria Senēsis Arrigo nō humilis fortis patre natus Religione Marie virginis cōseruus fuit cui' pregnās atq̨ partui pxima Mater Rainalda liliū parei p nocturnā quietē uisa ē.Pōrectis ex cuius radicib' cetera quoq̨ lilia pplura nascerentur.Corollā texere deiis preterꝗ consueuisset: atq̨ capiti imponere Virginū reginæ se se cernebat sōnio Quod mane viro suo experrecta recēsuit.Rursū interdormiendū videre videbatur Episcopū Pontificalibus ad rem diuinā celebrādam ornamētis insignitū:Qui sic eā affatus est cōtromiscentē.Ne time mulier:Edes liliū & quidē salua qd animo secundū quietē obuersabatur tuo . Idq̨ fluctuantis mundi salebras atq̨ feces itaminatū preteribit. Ad hoc pastorali virga fretus viuificæ crucis signaculo grauē mulieris vterū inpertiuit. Quod dū vixit ostentū nemini credidit. Natus infans sacro ablutus Baptismate atq̨ p ritu ante Marie virginis figurā prostitutus in ara cōiectus i Celi reginam oculis exiliit letitia preter naturam preterq̨ fees

Arrigus pater.

Rainalda mater

Somniū de lilio

Alterū somnium.

dati facultatem quo futura professio viriq magnitudo & sanctitas protendebatur. Primorem hic pueritiam discendis litteris accomodauit. Si quid vero temporis reliquum erat: visitandis sacris edibus transigebat. Vt pote cuius mira iam animo diuini cultus incesserat cupido. Coelestium itaq verborum perstudiosus alto corde reponebat si qua aproclamantibus vitæ magistris potiora percepisset. Ea tempestate concionator visionis & diuine censure quasi tubicen florebat Senensis Ambrosius: quem cum frequenter & cupide Franciscus auscultaret suplicia malis: bonis premia futura vehementius intonantem: iter salubertimas monitiones illam sententiam hausit. Merebe±is deum homines fugitando Quapropter solitariam vitam trahere atq in eremum aliquaȝ ad salutem fugere destinauerat: quod vtiq compleuisset nisi mater interea quam maioré imodũ pius diligebat filius ozcecata fuissȝ. Quod sane diuinam bonitatem ad roborandam Francisci patientiam fecisse credibile est. Genitricem igitur luminibus orbatã i signum pietatis gubernauit ad secundum & vigesimum vsq sue etatis ãnum. Erat ei insumma veneratione: Maria virgo quam frequẽter per diem perq noctem adorabat. Prescripserat eniȝ quottidie quam Reginam semper ac suam dominam apellaret angelicis verbis salutare gngẽtict addebat & himnos: quibus tantũ virginitatis numen celebraret: humillimis preterea ppetuisq precib' petebat ab ea perenné virginitatem: humilitatem veram constantiam ac fortitudinem tum in aduersis tolerandis tum inaspernãdis voluptatibus q̃ tutissima sunt sola hominis propugnacula Defuncta igitur matre verborum memor quibus ad petendam solitudinem exarserat: quod potissimum vite genus capesseret multũ ac diligenter secum ipse cogitauit. Queȝ demum asciuit sibi gloriosa virgo: quippe quem ita inspirauit vt inter Virginee Religionis conseruos numeratum iri consilium caperet. Duos itaq & Viginti natus annos contemptis ac pinihilo habitis temporalibus bonis sub Mariæ virginis titulo in qua spẽ omnem sitam habebat se Religioni dedicauit Ex quo Christi matrem quaȝ semper dominam uocitabat: singulis pene horis deprecabatur vt serui sui curã ac patrocinium susciperet: citiusq & hominũ consortio se subtraheret quã eius animũ sponte pphauit.

Puerilis etas.

Sãct' Ambrosi' d' senis pdicator.

Documẽtũ salubre.

Mater ozcecata.

Deuotus I vginem.

Petitio salutifera.

Inspirat' a virgine

xxii. annos nat' rlgiosus factus ẽ

Depcatio salutaris

fœdisq; cogitationib' criminib' vt implicari aut quo quo modo ab inuicto susceptæ professionis officio alienū fore per mitteret Ex uictus tenuitate mortificatisq; p cetera car nis operibus iam erexerat incœlum oculos: & consequen de cœlestis vite spe purgatiorem alebat animum terrenis itaq; corporis calcat' illecebras magnaq; cura diuina sectā do: non mediocrem omnium de se expectationem con/ citauerat. Sacerdotalem postea dignitatem consequutus eo magis cœlesti pabulo uescebatur fruiq; deo inter sacri ficando vsq; adeo videbatur: ut sūmam quandam dū pre manibus Hostiam tractaret serenissimo vultu leticiā prese ferrēt. Sacrificiū faciebat fere quottidie quod omnipotētis dei minīstrū sine viatico humane vite iter facere nō opor tere palā diceret: quia lactum mortalibus impēdeat nemi niq; exploratum sit qua quidem hora dominus vniuersi iu stus iudex de mandate villicationis rationem exacturus sit dum igitur rem diuinam facit: tantopere pro more exila/ rascit ut Christū in sue gloriæ trono sedentem uideretur intueri: Quapropter vnus qui aderat ex confratribus q le/ tabondos eius oculos accuratius inspexerat tu3 Franciscū percontactus ē. Cur inter misterium paratus ad aram tan ta iocunditate per funderetur: Ignoscat tibi deus inquit q ita fixos in me oculos intendisti litantem namq; sacerdo/ tem accutius: intueri nephas est: Nec itidem licet sacrificā ti cernere quemuis alium. Quo circa ingrediebatur ait sāc ta sanctorum solus Moyses nec filiis ysrael per mittebatur ipsius faciem conspicari. Cum Franciscū pater sacerdos vi te sue conscius et moderator pcontactus fuisset. Quid nā ipse sibi celebrandis diuinis viderētur: ac si qd archa/ ni fuisset contemplatus ei reuelaret tale responsum dedit. Secretum mihi meum. Qui enim thesaurum palam por/ tat in uia predones facit tanta ingenii bonitate quam con diuerat diuinus aflatus. Vir Sanctus excellebat ut quēamo dum plurimum salis haberet in respondendo ita imparat' nunq̄ siue cuntabundus reperiretur. Nec secus interdum pulpitum conscendebat impre meditatus: presertim iussus a superiore: cui nec sermonis gratia nec copia deerat. Vim uero uel maximam habebat ad flectendos audientiu3 ani/ mos Acriter uitia detestabatur quib' cecatos homines in tantateos demergi cruciatus commiserabatur maiorem

Mortifica tione cor/ poris pur gatur ani/ mus.

Sacerdos factus.

Sacerdo/ tis sacrificā tis leticia.

Sacrifican dum cotti die.

Sacrificās in spici nō debet.

Sacrificās quoq; ali/ os inspicerē nō debet.

Thesaurus non est pa lam portā dus.

Iussus pre dicabat ex i prouiso.

immodum: Dignitatem tum hominis ac prestantiam po
nebat ante oculos: in cuius vsus fabricator mundi Deus
tam multarum tamq; admirabilium rerum copiam pro
creauerit: Vtq; preterea promiserit homini si caste si pie vi
xerit: coelestis patrie delitias quas assequi ullo modo non
possit humana cogitatio. Ex tempore prestolanti concio Verba pre
naturus frequenti populo; modo salutationem angelicã dicatis ex
secum animo volutabat; modo hisce verbis suum sfoue impulso
bat ingenium; Sit dominus in corde meo. Benignus itaq;
dominus sapientia atq; gratia piam fidelis viri mentẽ im
buebat. Vt qui spiritu dei agi videretur; quicquid vel dicẽ
dum vel faciendum suscepisset. Quam quidem ad rem ro
gatus: quo nam pacto sibi fideret non meditato ad tã
grandem auditorum numerum vita reformandum: vbi
nonnulli magni viri & ingenio & doctrina prestantes interes
sent: sic ait: Benedictus dominus dat sapientiam ex ore
illius & gloria. Dum semel flagrantius increpitaret malo
rum proteruitatem: bonos autem ad spem eterne lucis ac
cenderet: due aderant Virgines: que pro cordis purita Glob' igñ
te inflammatiores Franciscum predicantem accuratius us sup ca
obseruabant. Globum igneum hę cernere visę sunt supra put eius.
Francisci caput impendentem cuius radius in os suum pro
tendebatur. Hoc inter confitendum Virgines ambe sacer
doti postea prodiderunt: Frequentabatur quottidie a cõ
ciuibus suis: tum Viris tum feminis: vsq; adeo: Vt non
deessent qui Francisco detraherent: nimiam precipue
mulierum cõsuetudinem obiicientes. Quo cognito Frãn
ciscus Marię Virgini supplicauit: Vt huiusmodi hominũ
offensio atq; suspitio tolleretur e medio: Nec frustra id Surdus fac
tum q; precatus est. Nam dum matutinis officiis interesset; tus ex gibb
obsurduit illico quã de causa quempiam ad se verba factu
rum quum non admitteret excusabatur. Quod cum con
fratres sui atq; conciues indignius ferrent vellentq; adhi
bere medicos ipse omnino recusauit. Huic erant atta som
ni tempora & humus plerumq; pro lecto quiescenti. Adeo
humilis extitit: vt sepe obuolutis genibus deo veniam
peteret siquis fore offensum se vel eius tantum verbulo
questus esset. Ardebat caritate singulari quam summam
esse dicebat virtutum omnium: tum in ceteros: tum
maxime versus pauperes & extrema fortuna laboran Caritas

tes quorum nōnullis sibi nudis occurentibus. Amiculum quo erat indutus aliquando largitus est. Gullet illecebris abstinendum esse monebat: atq; ita cibo temperandum vt concupiscentia carnis extingueretur: nec corpori deficerent neccessaria corp' āt sæpe asellū uocitabat suum quem modice pascendum putabat: quo sufficeret oneribus substinendis. Quam quam Franciscum delectaret plurimum vita secretior: atq; mortis commentatio: cœlestisq; subinde vite promissio nō tamē ipe discordantibus inter se capitalesq; gerentibus inimicitias officio deerat. Vt pote cuius sedulo studio atq; auctoritate haud pauci acceptas inuicem iiurias animo iam placato contriuerint: stabiliq; proposito pristinam reuersi sint ingratiam: Nec frustra laborauit unquam: ad reconciliandos vbi infensos animos operam suam adhibuit. Adeo vt iam vulgo pacificator cognominaretur. Ad egros accitus aliquot corroboranods Postq̄ certa non minus benigne q̄ sapienter insalutem precepta dederat: solo crucis signo sanasse eos: ab iis affirmatum qui interfuerunt. Ad reformandam quoq; peccatorum vitam territorium Senense peragrare solitus est. Quam quidem ad rem cum haud longe ab urbe Sena iter haberet: modicum vini a quodā agricola in elemosinam petiuit ad sedandam sitim. At ille (vt & in humanus) se celle uinarie clauem ignorare respondit tum demisso vultu & quide n verecundo Franciscus abiit: Obiterq; narrabat comiti quantum deo molestum sit cum suis fidelibus non suppeditantur opportuna: Proinde vereor inquit: ne quid mali ferat is qui pauxillo potu nos dudum dignatus non est recreare sitibondos. Vix hec dixerat: cum seua oritur tempestas: atro super agros cœlo: quos seminauerat rusticus ille: Qui maiestate æterna per turbinem crebrescentemq; procellā precipuā accepit calamitatem: Franciscus cœlesti vigore suffultus per omnia euangelicam ire viam studebat Cui dominica atq; vitalis Oratio frequens erat in ore. Nec orandum nec deo fundendas sine lacrimis preces dicere consueuit. Carnem viuo saxo ne dum flagellis e domabat diuino nimiū robo ratus auxilio: summo rerum omnium opifici tota cogn itione in herebat & æternæ fœlicitatis in hians: dissolui cupiebat ex corporis ergastulo: Quo circa vsurpabat

Corp' vocabat asellum.

Pacificator appellatus.

Natura rusticorum

Miraculū

Maceratio carnis.

Iam illud ſepe numero : Cupio diſſolui & eſſe cum Xpo. Cupido.
Adiiciens preterea mihi viuere Xps eſt: & mori lucrum. Ei mortis
vtiq; voto miſericors deus obtemperaſſe viſus eſt: Siqui-
dem vir ſanctus egreſſus ciuitatem ad predicandum ex cō
ſuetudine ſua euangelium. Velut omnibus nature virib⁹
deſtitutus i humum procid t: poſt paulum ſui comitis ani
miniculo vix attolens ſe ſe paucis paſſibus progreſſus eſt:
Cui repente fit obuiam mulier incognita : atq; recentum Miraculuʒ
roſarum m inipulum offerens : quem profecto ſumpſit ſi- virginis p
ne mora. Mox cum ſe debilitatum nimis quaſi effetum ſen- parentis.
tiret miſſas celitus roſas apud Mariæ virginis effigiem que
erat in proximo ſuſpendit : ſimulq; curauit vt in vrbem
portaretur languidum corpus. Grauiore poſtea morbo
conflictatus: aut tacebat aut per os pſalmos & cantica volu Egrotatio
tabat : Rogatus interdum quonam pacto ſe ſe haberet : mortifera
nihil verborum referebat : Verum arridens miram quan
dam ſpargebat oculis letitiam: Qui tandem morbo deui Mors eius
ctus cupide exiuit hominem: Comitantibus angelis pro-
uectus ad etnē ſalutis portum anno ab incarnatione noſtri
Redemptoris Milleſimo trigenteſio vigeſimo ſexto Pon
tifice Iohanne vigeſimo ſecundo. Qui pontificatum ma- Ioħ: pōti
nis decem & nouem annos adminiſtrauit. Seruus dei Frā fex xxii.
ciſcus migrationis ſue haud dubie preſcius fuit. Nam pau
cis ante diebus quam de ſeculo decederet officii gratia ſu Preſciuit
os conuenit amicos compluſculos: ſalutaria precepta de- mō. ē ſuaʒ.
dit. Subdoli cauendas eſſe aduerſarii inſidias non laxanda
Peccatis frena quibus impugnamur vndiq; Sed deo totis
viribus deſeruiendum qui cumulatiore fideles ſuos quaʒ
a quoquam cogitari queat menſura remunerat. Diſceſſit Monitio.
tandem ab eis cum maiore quadam atq; inuſitata arden- ſalubrima
tis beniuolentie ſignificatione : quaſi poſtremum ſuæ ca-
ritatis & doctrine teſtimonium demigraturus relinqueret
Preterea fuerat i pximo dñice aſcēſiōis feſtiuitas i proxim⁹
ad eū acceſſit intereaqdā ꝯfrater. Quid rei ageret ꝓtatus ē
Reſpondit vir ſactus: Scis fili mi quia dñs noſter cras eſt
aſcenſurus in Coelum. Scio inquit pater : Tum ille : cre-
disne Saluatorem noſtrum Benigniſſimum velle me in
tam fetido vaſe longius commoraturum: ſubticenti ſub-
didit: Spero nempe pro largitate diuina ex hoc tenebro-
ſo corporis carcere breui relaxatum iri cetera q fuerunt

signa perspicua que nunc commemorare non necesse ducimus Sed ad reliqua pergamus iam scribendi finem impositum.

Fama mortus. ¶ Diuulgatur sancti viri defuncti fama quo factum est: vt frequentissima hominum multitudo ita breui visum confluxerit gloriosum Corpus: vt quasi conuolasse illuc vndiq; videretur Erat autem spectantium animus inter gaudium & dolorem dolebant enim amisisse precipuum cõsolatorem rebus aduersis prementibus: Gratulabantur vero partam illi beatitudinis gloriam quam deus iam manifestabat per miracula. Ex magno quorum numero nos pacula his scriptis mandabimus.

¶ Miraculum.



Vm vir sanctus indies diuinis ostentis illustraretur: Quispiam qui Andreas dicebatur Ciuis Senensis ex infidelitate sua obloquebatur: nec miraculis consentiebat: Is repentino oppressus dolore qa ceteris medicis sit curari non poterat: qui longe magis ingrauesceret. Desperatus igitur atq; moriturus in breui de diuine maiestatis indulgentia perculsus penitentia acriore: spem suam omnem posuit in Beati Francisci precibus: Vouitq; simul ipsi bto si pristinam recuperet valitudinem ante Oculos omnium pudibundum nudis se pedibus ad sacras eius relliquias perrecturum: atq; petiturum veniam palam omnibus. ¶ Grandi miraculo atq; munere donatus ab eo cui detraxerat impudenter: statim e lecto se se bene ualentem subleuat: atq; simul votum soluit non sine magna deuoti. Senensis Populi tum ad

nistratione tum letitia : Meritas vbi egit gratias : letabundus inde dis/cessit : probatam rectamq; vitam duxit imposterum.

¶ Miraculum.



Lter quoque Cui nomen erat Barto/lomeus: mira diuine gratiæ contēne/bat argumenta : In miraculorumq; despectum iactitatione brachii cauilla/ri consueuerat. Quod cum semel fa/ceret obriguit statim cum manu bra/chium : atq; instar lapidis obduruit. Diuini numinis testimonio notatus : repūgente animo temeritatem suam agnouit arripuitq; se illico ad Beati viri monumentum, se accusat vehe/menter emanantibus lacrimis : petit ueniam supliciter : commendat se hu/milimis precibus Diuina post hec pietas que vero animo peniten/tibus deest nunquam : torpidum Brachium in integrum restituit : Qui quidem accepta gratia. Vir ille meliore vita reliquum suæ vitæ tempus exegit.¶.

. ¶ Miraculum.¶.

F Ranciscus Relatus inter beatos omni fere miraculorum genere claruit : Corpore non nullos contractos surdos cecos malignis spiritibus occupatos laborātes conuua.i

morbo magna cū deuotione ad se refugientes liberauit. Que singu latim enumerare superuacaneum putauimus: presertim cum eius modi miracula extent: publica recepti Tabellionis fide cōprobata.

¶Miraculum.¶.



Ver quidam Vt mos eorum &circa fontem aque vi magna scatentem vna cum ceteris lusitabat: Contendendo ab altero iniicit puero fontem ipsum. Qui altiore submersus aqua nō adiutus extinguitur Extractus deinde plane mortuus esse cognoscitur: Deploratur a parentibus atq; simul commendatur deuoti & q; Beato Francisco:continuoq; ad gloriosum eius corpus defertur: Deus in sanctis suis admirabilis per latum defunctum puerum illico reuocauit ad vitam Qui letus q̄ primum ambulare cepit & p se domū vsq; progressus est cum singulari parentum letitia imensam dei misericordiam pleno ore laudantium. Suscitauit & alios vita defunctos & Veluti solemnia monumenta testantur.¶.

FINIS DEO GRATIAS.

¶Impressū Senis per Symeonem Nicolai Nardi .8. idus Martii. M. D. X X X I I.

LAVS DEO OMNIPOTENTI ET SEMPER IMMACVLATAE VIRGINI MARIAE.¶.